



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. II. De præsentia Parochi, & testium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

ac matrimonium legitimè contractum antea fuisse, non tamen retrotrahitur ad effectum, ut censetur matrimonium consummatum, &c, ut sic amittant, quartum est ex hoc capite, coniuges privilegium, de quo loquuntur; quia, ut iudicat Sanch. d. 21. n. 13. G. Hurt. d. 8. mar. diff. 9. n. 33. v. Addemus, id nunquam iura finixerunt.

C A P V T VI.

Matrimonium Fidelium consummatum in dissolubile est.

1. Ta id certum est ex dictis, ut longior probatio sit omnino superflua. Breviter autem sic discurre: Ex una parte matrimonium est ex natura sua, & ex ratione Sacramenti, indissolubile, ut vidimus in superioribus, ex altera, non apparet, Christum Dominum dedisse Ecclesie potestatis dissolvendi matrimonium consummatum, ex antiquissima traditione, ejus vinculum esse in omni casu insolubile, excepto ob alterius mortem, semper Ecclesia praedicavit, ergo, &c.

2. Non est igitur admittenda confutatio Graecorum qui matrimonium consummatum dissolvunt ob adulterium, ut refert Leand. d. 5. de matr. q. 5. Divertere enim potest coniux innocens, modo infra explicando, ob alterius adulterium, non vero (quod longè diversum est) vinculum dissolvere.

3. illud tamen hinc proprium locum habet; ut explicemus, seu recolamus, in quonam consistat ejusmodi consummatio, nam de ea minimi me iterum dixisse in simili scripta, tr. 1. de imped. c. 12. §. 4.

Enim vero consistit in receptione seminis virilis intravas naturale Mulieris. Hinc, si habeatur vasis penetratio, sed sine viri seminione, non erit consummatio, esto, in foro externo, consummatio presumatur. Ita Sanch. lib. 2. mar. d. 1. G. Hurt. d. 8. mar. diff. 9.

4. Si tamen, contra, habeatur seminis receptione, non vero penetratio, quod contingere posse, matrice sibi semen attrahente, supponunt Doctores, habebitur secundum Sanch. l.c. G. Hurt. l.c. n. 33. consummatio, quia iam coniuges sunt una caro, & unum principium generationis, quidquid dubitet Pont. l. 9. c. 10.

5. Verum, requiritur seminatio facta a feminina?

Respondeo: Probabilis esse, non requiri, tenet Sanchez, licet requiri, fateatur esse probabile, quia ex opinione probabili multorum, ut Sanch. l.c. Diana p. 3. tr. 4. ref. 19. & in Addit. ref. 21. Averl. q. 2. sct. 4. de matr. initio, citantur S. Th. Verric. lat. tr. 4. q. mor. 27. sct. 3. requiri ut semen Mulieris ad generandam prolem, & in aliorum opinione non requiri.

Coniugibus iurantibus, se non consummasset matrimonium non est fides habenda in Iudicio, nisi adhuc alia iudicia, v.g. integritas Claustrum Virginalis, vel ipsum non fuisse deducere ad dormum Sponsi, vel quid simile, ut docent Sanchez. lib. 2. mar. d. 23. n. 1. & Pont. l.c. n. 6. locis citatis. Quidquid autem concedat idem Sanchez. l.c. n. 2. non imitari solam integratari praedicta claustrum: nam pluta temeraria, quibus utuntur feminae, ut Virgines apparent, ex sola integratere nihil certi haec in re habeti posse, lat. probat ibid. Verricelli dist. tr. 4. q. 14.

Quid si alter neget, alter affirmet se matrimonium consummasset? Vide predicos DD. cum id magis ad forum exterrum pertineat, quam ad conscientia forum, de quo agere, nostrum est institutum.

An coniuges, quamvis matrimonium consummaverint, licet ex mutuo consensu Religionem profiteri valent? Dicam infra, tr. 7. de obligat. c. 4. §. 1.

Pars III.

TRACTATVS VI.

P E

SOLEMNITATIBVS
Contractus Matrimonii.

C A P V T P R I M V M.

Quoniam sint ejusmodi Solemnitates?

Dicitur etiam porissimum sunt: Altera, inducta a Tridentino, sct. 24. cap. 1. de ref. mar. illa est, ut matrimonium contrahatur coram Parochio, & Testibus: Altera, a Sacris Canonibus alias lata, sed ab eodem Tridentino ibidem confirmata, est, ut antequam matrimonium per verba de praesenti cel. breetur, praemittantur denuntiationes. Est etiam alia tertia minoris momenti solemnitas, seu ceremonia, qua matrimonium contractum benedici a Parochio solet, & de hac etiam erit suo loco pauld. inferius opportuna tractatio.

2. Inter illa autem duo priora maxima discrimen intercedit; Si enim non adhuc Matrimonio Parochus, & Testes, nullum est Fidelium matrimonium, & sine dubio graviter peccabitur: at, si non praemittantur denuntiationes, peccabitur quidem modo inferius, c. 3. §. 1. n. 2. explicando, sed validum erit matrimonium.

3. Dixi (Fidelium) nam ad matrimonia in fideliis, quamvis temporaliter subiectorum Ecclesie, haec decreta non extenduntur, unde matrimonio Iudeorum, Turcarum, & hujusmodi, nec praesentia Parochi, & Testium indigent, nec denuntiationibus. Eodem, quando iam coniugati veniunt ad fidem, non obligari ad superplendas praedictas solemnitates, recte notat Boss. de matrimon. cap. 1. §. 32.

C A P V T II.

De prima Solemnitate, quae requirit presentiam Parochi, & Testium.

§. I. Qua ratione hanc inducere Tridentinum potuit?

Tameris hoc explicare pertinet ad Theologos scholasticos, breviter tamen id innuere, alienum a nobis non est.

2. Propter bonum commune, bonumque gubernationem valer Potestas humana iterum reddere contractum civilem, sive ipsum contractum irritando, sive inhabiles reddendo, personas ad hoc, vel illo modo contrahendum, ut de facto ius civile gerat, quando irritavit contractus Minorum initos sine Tutoris licentia &c. & ius Ecclesiasticum, quando irritavit professiones Religiosas ante annum 16. x. tr. 1. & ante annum novitatis emissas, ergo Potestas Ecclesiastica, in qua res sunt summa auctoritas circa ea, que ad bonum commune, & circa gubernationem Fidelium pertinent, potuit, ad tollendam innumeram scandalum, que oriebantur ex matrimonio clandestinum, potuit, inquam, irritum reddere contractum matrimonii initio sine praesentia Parochi, & Testium, irritando ipsum contractum sic celebratum, imo, & reddendo personas sibi subditas inhabiles ad contrahendum sine dicta praesentia. Hoc posito, si prosequimur argumentationem, quo pacto etiam solvimus objectionem, que afferri contra nos priest.

3. Materia, & forma Sacramenti matrimonii est validus contractus inter virum, & feminam, sed Ecclesia po-

T test

218. Lib. VIII. De Matr. Tr. VI. De Solemn.

test facere, ut hic *contra*stus non sit validus juxta jam dicta, ergo potest facere, ut tunc non sit Sacramentum matrimonii. Id, quod non est *absolutè*, seu formaliter, & *directè* mutare materiam, & formam Sacramenti, ad quam mutationem nulla humana potestas se extendit; sed est illam mutare consequenter, & *indirectè*, quod nullum est inconveniens. Finge, me posse, hunc panem mutare in lapidem, iam non constabit in eo lapide *Consecratio Eucharistica*, & tamen tunc non dices, me *absolutè* mutasse materiam Eucharistia, & *rectè*; solum enim possem dici, mutasse *indirectè*, & consequenter, quod certè inconveniens nullum afferit. Ita proportionatiter in casu nostro, &c.

§. I I. Explicatur prima dicta Solemnitas, qua est praesentia Parochi.

Ita necessaria est praesentia Parochi, dum Fidelium matrimonio contrahuntur, ut si forte contrahantur coram toto populo, uno tamen absente Parocco, nulla consurgant matrimonia. Quod vetum etiam est in casu urgentissimae necessitatis, ut si expediret morti proximos coniuges matrimonio legitimè copulari, ad salvandum honorem alterius, vel ad prolem legitimam, & Parochus loco degens, praesens adesse non posset. Quamvis enim aliqui apud Castropal. d. 2. de spons. p. 13. §. 8. n. 9. & alii apud Boffium, c. 1. de mar. §. 24. qui ad idem propender, censuerint, non esse credibile, Tridentinum voluisse comprehendere casum tantæ necessitatis, unde putaverint, validum tunc fore matrimonium sine Parocco; tamen communiter DD. contrarium sentiunt, etiam si ad fuerint plures testes; atque cum his est omnino sentendum; quia verba Tridentini sunt valde universalia, & clara. Ita Sanch. lib. 3. mar. d. 27. n. 4. Coninch. d. 27. dub. 1. n. 1. Pont. lib. 5. c. 6. n. 3. G. Hurt. d. 5. de mar. diff. 3. n. 11. Averl. 9. 6. de mar. s. 2. v. Caterum, alioque.

Hac dispositio an liget ignorantem?

2. Quid, si contrahentes per ignorantiam invincibiliter hoc Decretum omnino nescirent?

Respondeo, adhuc matrimonio sine Parocco nullum fore, quia irritatio hæc matrimonii clandestini non est *præca* delicti, quam poenam non subit ignorans, sed est dispositio legalis, quae etiam ignorantem afficit. Lege Coninch. d. 11. n. 13. Sanch. n. 10. Pont. c. n. 18. G. Hurt. J. c. A. er. l. c. alioisque.

An Matrimonium sine solemnitate initum, propria auctoritate, diffolvi queat?

3. Ex certa doctrina, quam haec tenus protulimus, sequitur primò, tutam conscientiam, posse sic contrahentes, nullam ab aliquo petitam veniam, matrimonium dissolvere, ubi scandalum nullum sequeretur, in hujus enim timore debet ad Iudicem Ecclesiasticum recurriri, vel alio modo prudenter, occurri scandalum. Vide Boff. l. c. §. 10. Quonodo autem obligetur alter ex coniugibus, vel restituere interesse forte alteri allatum, vel *tercerum* legitimè contrahere ob copulam forte extortam, cui non nisi legitimis nupiis satisficeri possit, vel ob aliam rationem, lib. 7. in Decal. c. 3. §. 3. satis dictum est à nobis.

A Tridentino sublata iam sunt Matrimonia presumpta.

4. Sequitur secundò, iam hodie post Tridentinum sublata esse matrimonia, sive presumpta, sive per tacitum consensum inita, quia, cum de illo tacito, vel presumpto consensu testari non possit Parochus, nullum semper erit ejusmodi matrimonium, utpote sine necessitate Parochi praesentia celebratum.

5. Hinc, quamvis olim, Ex c. Is. qui fidem, de sponsalibus, sponsalia inter puberes, transirent in matrimonium per copulam subsequentem affectu maritali habitam, & quamvis sponsalia inter impubes, vel inter impuberem & puberem transirent (Ex cap. unic. §. 1d. inquit, de spons. impub. in 6.) item in matrimonium per copulam ex parte

perfecta simili maritali affectu habitam, vel *per* alios similes, quibus iuriis interpretatione, ipsa consensus de praesenti, ut per cohabitationem, ipsa, per traductionem ejusdem in dominum Sponsi, per oblationem in digitum Sponsæ immixtum, per oblationem quamvis validum (Ex c. Proposit. de cunctis gaudiis item fieri matrimonium contracuum, cum servo, si post cognitam servitum habetur, quamvis, inquam, haec, & similia, ita olim fuerit, etiam non ita; quia post Tridentinum, quod facilius est, praesentia Parochi, & testimoniis, qui facilius sunt de contracto matrimoniis fidem facit.

Quid in locis, ubi Tridentinum non est recipi, Parochi non adsum?

6. Iam verò duplex exceptio, seu melius dispositio advertenda est circa prædictum Tridentinum. Nam primum, ipsum non procedit pro locis, ubi dentinum non est receptum, vel legitima confitentia abrogatum forte est. Secundò, nec procedit pro locis, ubi, nec Parochi habitant, nec eorum vicinorum adsum proxima loca, ubi idem incolant.

7. Prius ex his patet, quia ex regulis generalibus non obligat, ubi ea recepta non est, vel, ubi est obsoletus.

8. Posterior autem probatur, quia casus, per quos servari lez physice non potest, videtur legitimam ratione. Ita Coninch. d. 27. n. 11. & Hurt. d. 5. de mar. §. 27. n. 11. & alioque ab ipso citari. Adhiberi ramen in hoc casu testes, quia hi adesse iam possunt, ut sic servetur, quod fieri potest, forma Concilii.

Dixi (physice non potest) morale enim necessarium (sic appelle) distinctionis gratia, modis, iuxta.

9. Castropalaus de spons. d. 2. p. 13. §. 8. n. 8. dicit sentire cum reliquis Doctribus, refutari admittit Coninch. & Hurtadi doctrinam. Verum de ratione breviter ab ipso. Primum, rationem aliquam, et modi doctrinae nolit acquiscere: Sed ille vir vellet, et. Secundò, cur dicit (cum reliquis Doctribus) non nisi Coninch. & Hurtadi hanc fenerentur res sint. At Diana p. 11. trist. 6. ref. 1. cum attulit hanc declarationem Sacra Congregationis Concilii nos mox afferemus, factam multò ante, quia Castropalaus scripsit, multis citat Auctores, quoniam ipso Castropalaus sunt antiquiores, Less. Synt. Less. Ioannem Praepositum, Petrum Marcantonio, secundum item Marcantium, alioisque, quos, & alios citat, sicut que Boff. de mar. c. 1. §. 24.

Iuvat autem prædictam declarationem hic subtiliter, propter multos casus, qui in ea dicuntur, et non tenoris sequentis ad Episcopum Trichotinum die 1. Januarii 1605. missam.

10. Congregatio Concilii censuit: Primum, ut Doctri Concilii non est publicatum, valere matrimonia, etiam absque observantia forma a Concilio prescripta.

11. Secundò, publicationem præsumi, ubi Diversum aliquo tempore in Parochia, tanquam dictum Cor. observatum.

12. Tertio, Hæreticos quoque, ubi Decretum dictum est publicatum, teneat talam formam observare, propter etiam ipsorum matrimonium absque forma Concilii, non coram Ministro hæretico, vel Magistratu loci curia nulla, atque irrita esse.

13. Quartò, ubi etiam constat, Decretum Concilii publicatum, vel aliquo tempore in Parochia tanquam Decretum Concilii observatum, sed Parochialis Episcopi, et pote vacans, proprio Parochio careat, et Cadebat deinde careat Episcopo, argu Capitulo habentibus a Concilio cultatem alium Sacerdotem ad id delegant, nullum alius ibi sit, qui vice Parochi, vel Episcopi, sive a matrimonium valere absque præsentia Parochi, sive auctoritate in eo, in quo potest, forma Concilii, id est, adhibebit fidem duabus testibus.

14. Quinid, si existant quidem Parochus, et Episcopi,

sed, nullo constituto Vicario, uterque metu hereticorum latet, ita ut verè ignoretur, subinari sit, vel eodem metu à Diocesi absit, nec ad alterum sit tuus accessus, validum est Matrimonium contractum absque forma, adhibitis tamen, ut dictum est, duobus Testibus.

Quod autem attinet ad casum specialem in scripturis conuenientem, Congregatio ita duxit respondendum: Cum secundum ea, qua proponuntur, Matrimonium fuerit contractum in Parocchia, ubi fuerat publicatum dictum Decre-
tum, & esset in Diocesi Antwerpensi, cuius erat Paro-
chia, Vicarius, qui iuxta Concilii Decretum poterat provi-
dere, utique hismodi Matrimonium absque forma con-
tractum esse nullum. Hæc tenus Sacra Congregatio.

Accedentes ad loca, ubi Tridentinum non est receptum, vel inde recedentes, an ligentur à dicta solemnitate?

15. Vir, & feminæ degentes in loco, ubi Tridentinum receptum erat, volentes contrahere Matrimonium, trans-
ierunt in locum, ubi non era receptum, ibique clande-
sine contraxerunt, lícitè, & validè id attentarunt?

Respondeo: Hi sanci peccaverunt, sicuti, ante Tridentinum ex communis sententiâ (quam habet Castropol. d.2. de spons. p. 13. §. 2. n. 1. cui addo Boff. c. 1. de mar. §. 1. citantem S. Thal. & s. que) peccabatur ab iis, qui clandesti-
ne contrahebant, agebant enim contra sacros Canones severè prohibentes matrimonia clandestina, lícet tunc non sub pena irritante, quam certè prohibitionem non obscurè indicat Tridentinum, s. f. 24. cap. 1. de ref. mar. dum sic ait: Ecclesia semper Matrimonia clandestina, de-
testans est.

16. At verò, quod valorem; Respondeo, Non igno-
biles DD. sine distinctione, resolvunt, hos contrahisse
validè. Ratio est, inquit, quia hoc Tridentini Decre-
tum non affectus perfonas, utcunq; sed ut contrahen-
tes in locis, ubi Tridentinum publicatum, & receptum est; fraus autem illa, si qua fuit, auctum invaliditate non
potuit, cum illi iure suo, alio declinandi usi fuerint. Ita Coninch. d. 27. n. 11. Sanch. l. c. n. 1. G. Hurt. d. 5. matr. diff. 4. n. 15. Boff. §. 29. alioque.

Verum, ex De Lugo l. 1. resp. mor. dub. 36. omnino di-
singuendum est; Nam, si transferunt ita, ut domini-
lum mutaverint, validè contraxerunt, si verò ita, ut do-
mum verè non mutaverint, contraxerunt, invalidè.
Ratio efficacior est expressum Vrb. VIII. Breve datum de
hac re, quod per extensum ponit ibidem De Lugo.

17. Quid, si prædictus casus eveniat contra? Vir, &
femina degentes in loco, ubi Tridentinum receptum
non erat, diverterunt ad locum, ubi erat receptum, animo
ibi matrimonium contrahendi, ibique contraxerunt
clandestinè. An ex eo, quid advena non tenentur legi-
bus incolarum, lícitè, & validè contrarerunt?

Respondeo: Quod peccatum idem dic, quod modò
dictum est in casu præcedente? Quod valorem, alero-
invalidè hos contrahisse; nam, esto, peregrini non te-
neantur legibus locorum pertinentibus ad speciale bonum;
at tenentur legibus perterritibus ad bonum com-
mune; & certè, saltem contrafactus debet initi iuxta le-
ges loci, ubi contra factus celebrantur; communissima senti-
entia est. Ita Coninch. Boff. alioque locis modò citatis
quibus adde Pontium, lib. 5. matr. §. 7. §. 1. & seq. nimis for-
tasse fuisse hac de re disputantem.

18. Ex dictis solvuntur duo casus sequentes: Titius
incola erat loci, ubi Tridentinum receptum erat, Berta
autem habitatrix erat loci, ubi non erat receptum; quid
luris, si primò, Titius ad locum Berte, vel secundò Ber-
ta ad locum Titii divertat, indigentur præsentia Paro-
chi, & Testium, ut contrahant matrimonium?

19. Respondeo: Quoniam, ut dictum est, in contractibus
neundis, ratio habenda est loci, ubi fit contractus; ideo in
primo casu, si Titio ad Berte locum divertere, ibi ma-
trimonium contrahatur, non indiget ejusmodi mar-
rimonii Parochio. At in casu secundo, hoc est, Berta transiunte
ad Titii locum, indiget. Ratio utriusque est, quia sic serva-
tur solemnitas contractus iuxta leges loci. Lege Boff. l. c.

Part III.

§. III. Qualis debeat esse præsentia Parochi, & Testium?

1. **V**T nihil obscurum remaneat de ejusmodi prima
solemnitate, quatuor sunt in consequentibus ex-
plicata signallat. Qualis debeat esse præsentia, qualis
Ritus, qui Parochus, qui Testes?

Præsentia Moralis, satis, superque est.

2. Ejusmodi ergo præsentia Parochi, & Testium, cum
requiratur, ut ii testificari possint de matrimonio con-
tracto, non est satis physica fôlum, & materialis, sed re-
quiritur humana, & moralis, quia scilicet ipsi intelligent,
& advertant, quid a contrahentibus agatur. Lege Sanch.
lib. 3. matr. d. 39. Boff. cap. 3. matr. §. 1. & passim.

3. Quoniam verò hæc humana præsentia, seu affi-
stantia duo dicit: Alterum, quod se tenet ex parte attemp-
tionis: Alterum, quod se tenet ex parte voluntatis, fit
Regula generalis: Ex his duobus sufficit prius, putâ Paro-
chum, & testes res ipsa percipere, quod ha veria persona
matrimonium ineat; non requiri autem necessario po-
sterius, putâ Parochus, & Testes percipere velint, dum
modo tamen, ut dictum est, percipiant. Ex corollariis,
qua iam subdò, clariss explicabitur Regula.

Præsentia amentis.

4. Hinc eni amentes, furiosi, infantes, ebrii, dor-
mientes, quamvis matrimonio sint præsentes, quia te-
stificari illud non possunt, metuunt ab hoc nunc repel-
luntur.

Præsentia non advenientis.

5. Quid, si quis inter sit animo adverendi, sed deinde
proper mentis evagationem non adverat, quæ appella-
tur à Theologis afflentia virtualis?

Respondeo, hanc non esse satis; quamvis enim attemp-
tio virtualis, satis sit in Ministro, ut conficiat Sacramen-
ta, tamen in casu nostro, in quo Parochi, & Testes de-
bent testificari de facto aliorum, sufficiens non est. Ita
Sanc. l. c. n. 5. contra Hepriq. quia sine attentione actuali-
tati Testes esse non possunt.

Præsentia non cognoscens.

6. Hinc secundò, si sponsa, vel sponsus velo faciem
coepit, saltem ex voce non cognoscatur certò à Pa-
rocho, & Testibus, invalidum matrimonium contraher-
tur, quia tunc iidem non possunt de matrimonio testi-
ficari.

Præsentia Casualis.

7. Hinc tertio, etiam si Parochus, vel Testes non sint
ad id specialiter vocati, sed calu, in loco contrahendi ma-
trimonium, adiut, vel illac calu transeant, advertant tam-
en id, quod agit, validum erit matrimonium. Ita
Sanch. lib. 3. matr. d. 39. num. 11. quidquid dicat Pont. lib. 3.
matr. c. 21. n. 4. exceptus Leand. d. 7. de mar. q. 38. qui ait
Parochum, Testes debere esse vocatos, cœlētique debere
libere matrimonio afflentis, quod probat ex qua-
dam declaratione Sacra Congregationis. Sed contra
Pontium est erit Hurt. d. 5. de mar. diff. 15. n. 50. & Aver.
q. 6. matr. sect. 6. v. Quod si, qui notat, prædictam Congre-
gationem loqui quando ex illo casu transitu, vel præ-
fentia, non potest bene percipi, quid agatur.

Præsentia per Interpretem.

8. Hinc quartò: Si Parochus, & testes nesciunt idio-
ma contrahentium, sufficit, si ex signis; at enim verò
certis, vel ut habet Sanch. l. c. num. 3, sed mox explican-
dus) ex interprete ab ipsis, & à sponsis liberè electo, suf-
ficit, inquam, si certò matrimoniale consensum ipse
Parochus, & testes percipiunt. Certò autem percipiunt,
non ex dicto folius interpretis, qui certè decipere affi-
stantes posset, sed additis aliis signis, notibus, immi-
tione annuli in digitum sponsæ, &c. Et sic intelligendus
est Sanch. l. c. d. 4. ut notat Leand. d. 9. matr. q. 36. non si
Sanch. secus dicat, putâ, merum interpretem sufficiere.

T 2. bens

benè illum ob dictum periculum deceptionis impugnat
Ponius lib. 5. cap. 21. num. 10. & 11. Posse adhiberi du-
plicem interpretationem, scilicet interpretem Interpretus, do-
cei De Lugo de pæn. d. 17. n. 81.

Præsentia coacta.

9. Hinc quinto: Si idem vi, vel dolo coacti intersint,
modò vere peripient, quid agatur, licet ipsi nolint
percipere, sed oculos, aucte claudendo, ab iis, quæ
fiunt, se avertire fatigant. Si nihilominus, ut dico, per-
cipient, valida est assistentia: quia, quamvis ex parte
voluntatis adhuc repugnativa, adest tamen totum id, quod
requiritur à Tridentino. Ita Sanch. Boff. Castropol. II. c.
& Coninch. d. 27. num. 44. alioque, quibus adde Pontium
I. c. n. 5. qui, tametsi, ut modò vidimus, negaverit valorem
præfentia casualis, illam tamen concedit huic præsentia
dolosa, vel coacta; utrum autem consequenter, ipse
videtur.

10. Contrà, ut bene distinguit Sanc. I. c. n. 6. & nos
iam innuimus; si, dum prædicti conantur, seu afflant,
non percipere, vere minus peripient, invalida erit præ-
sentia, quia sic apti Testes Matrimonii esse nequeunt.
Ad quam rationem, quia minus attendit Boffius, I. c. n. 22.
nimis immerit, anam, & inutilem appellavit dñi. c. n. 22.

11. Illud item hinc certum est, peccare graviter eos,
qui Parochum vi, vel dolo, ad assistendum Matrimo-
nio, retinent (idem dic de iis, qui metu reincident, de quo
mox) atque etiam puniendos ab Ordinario, & coniuges
esse inhibendos, ne consummum Matrimonium, ante-
quam fiunt, nisi facte fuerint, consueta denuntia-
tiones. Ratio autem, quod ii, qui vi, vel dolo Parochum re-
tinent, etiam præscindendo ab iniuria coactio-
nem, est, quia Sacri Canones volunt, ut matrimonio
iniantur, & cum assistentia, & cum approbatione Eccle-
siae, cuius vicem gerit Parochus; at hæc approbatio, quæ
cerès res gravis est, non habetur, Parochus repugnante,
vel decepto.

12. Dixi (Parochio repugnante, vel decepto) nam,
si vi, vel dolo retineret Testes (præscindendo ab iniuria
forte illis illata) Sanch. dñi. 39. n. 12. ait, te solum pe-
ccare venialiter, quia Ecclesia eos non requirit, ut appro-
bent, nomine ipsius, Matrimonium, sed solum, ut fieri
meri Testes. At Castropol. d. 2. de spons. p. 13. §. 9. n. 11. ait
esse mortale, quia pari modo Ecclesia requirit approba-
tionem ipsorum, perinde, ac Parochi. Sententia Sanch.
quia est benignior, approbanda videtur: non enim fac-
ile præcepta odiosa sunt intelligenda de mortali, quando-
rum, ut est in casu nostro, declarare rem possumus de
veniali, ut vniuersaliter habet ipsem Castr. t. 1. dñf. 1. de
leg. p. 9. n. 1.

13. Nota denique in hoc puncto de peccato cum G.
Hurt. d. 5. mar. dñf. 15. n. 51. quando esset gravis necessitas
contrahendi, & sine iusta causa nolent Parochus, & Te-
stes afflere, posse dolosa æquivocatione eos induci ad
assistendum, sed non posse cogi, quia vim facere ne-
queunt privati.

14. Semel, ut quidam fallerent Parochum præsentem,
& colloquentem cum quadam puella, v. g. cum Maria,
præsentibus & conducta Testibus, Sponsus ad idem col-
loquium accedens, nullis præmissis denuntiationibus, di-
xit: Venio, ut videam Dominam Mariam, quæ est mea coniux,
& ipsa respondit: Hic est meus coniux. His ita ex parte pe-
ractis, quæ si fuit, an validum fuerit hoc Matrimonium?

15. Respondeo, aliquos gravissimos Iurisperitos, ut re-
fert De Lugo d. 22. de Inst. n. 23. putasse validū fuisse: Ve-
rū, idem De Lugo docet, non fuisse, quia illa verba non
dicta sunt prædictæ, ut causativa Matrimonii, quod
tunc celebraretur, & de qua celebrazione Parochus
esse Testis debeat, sed demonstrativæ, ut significativa
Matrimonium iam factum. Addit idem De Lugo, licet
Matrimonium esset dubium, & in dubio soleat præ-
sumi in favorem validitatis Matrimonii, tamen, quia
in hoc Parochus fuit invitatus, & non præcessere denun-

tiationes, vnde hoc Matrimonium, secundum dñm. 39. n. 12.
clandestinum, illi non est favendum, quia non
est odiosa, id est, contra iura clandestinum Matrimo-
nij irritantia, (ut alia notant Doctores cum Sanch. n.
mar. d. 49. n. 1.) & consequenter non erit vili-
nunciandum.

Extorta metu, vel mendacij Præfencia.

16. Hinc sexto: Si primò Parochus properiter
merum afflatur. Secundo, si ex eodem metu, sed
afflatur alteri Sacerdoti, validum est Matrimonium.
Ratio pro primo est, quia, cito, ea quæ fiuntur
sunt ex vi, tamen vis, ut modò vidimus, non solle-
ditatem hujus assistentia. Ratio pro secundo est quia
prior doctrina habet, Iurisdictiōnem metu extor-
tere. Adde, hanc licentiam afflatur non esse ab
Iurisdictiōni, ut habet Sanch. lib. 3. mar. dñf. 1. dñf.
dic, si ficte, & non vero animo eam licentiam se
rochus sibi tunc adcessit titulus colorans, hoc est
iuria externe data, & communis populi error, quo
putant, vero animo datum esse licentiam, Sanch. n.
d. 22. a. n. 60. & Aversi, quæst. 6. mar. dñf. 4. dñf.
17. Idem denique puto, valere seilicet licentiam Ro-
rochus illam, det deceptus ex mendacij, vel dolos-
i, ut si quis singat apud Parochum in tantum frig-
pis pro dicta licentia impetranda. Nam quæcumque
magis contrarium confessus, quæ error, & vnde con-
deatur Parochus vere licentiam non dare, tamen non
est in casu noltri, siquidem, cum illa rogatio frigis
non pertinet ad licet eam concessionem, nulli admissio-
ni in sece judicandum est cum Sanch. I. c. mar. d. 49. n. 1.
nam non esse rationem finalē ad concedendum licen-
tiam, sed solum impulsivam, quæ non viuit confor-
mat.

Assistentia Matrimonii contra prohibitiōnē Episcopi.

18. Secundum, his statutis, Inquires, si Episcopū
rochum prohibeat, ne huic, vel illi Matrimonium
ipse verò afflatur contra prohibitiōnē, sibi con-
cede, de quo huc non agimus, validum erit afflatur
adeo Matrimonium?

19. Respondeo: Si Episcopus legitime amperit,
suspendat Parochum ab officio, validum non est
ex feide, si ei perseverant in suo munere, Episcopū
prohibeat dictam assistentiam, quæ est quædam propri-
duobus modis prohibitorum procedere possit. Primo,
Episcopus solum prohibeat, ne Parochus afflatur se-
cundum, si, & prohibeat, & addat clausum iuris
in hunc modum: Probabo, ne afflatur matrimonio,
si afflatur, nulla sit assistentia, & consequenter nullam
trivitum.

20. Si ergo sit primò modo, valeret afflatur, &
vult Sanch. lib. 3. mar. d. 21. n. 11. Vide etiam d. 32. n. 20.
Martin. Perez, de matr. d. 41. s. 4. & Matrimonium
illa prohibitiōnē solum notat illicetum solum, non re-
ducit invaliditatem. Ratio est, quia, dum Parochus
manet Parochus, habet ex Tridentino cui Episcopū
rogare non potest) ut validè afflatur.

21. Si autem sit secundo modo, difficulter est redditio.
Adhuc tamen dico, validum esse assistentiam, vnde
Matrimonium. Ratio est, eadem, quia, si recessit
Parochus, jam afflatur, ut Parochus, & consequenter
validè: Ita de Lugo, lib. 1. ref. mor. dñf. 45. ref. de
cram Congregationem monuisse quendam Episcopū
ut revocaret edictum, quo præcepit, ut si Parochus
ficeret Matrimonii occultus, id est, non præmissis de-
nunciationibus, afflentia, & matrimonio efficiantur,
quod certè præceptum (ait merito de Lugo) dñf. 45.
poterat Episcopus, quia hoc fuisse concedere novum
impeditum dirimens matrimonia, ad quod non ce-
tenditur Episcopi potestas.

22. Quid, si Episcopus interdixit Parochio, ne dñf. 45.
tia alteri Sacerdoti, ut sic afflatur matrimonio, re-
cepit, ne daret, nisi talibus Sacerdotibus approbatur,
verò contra prohibitiōnē, dñf. 45. ref. de cram.

Respondeo, Diana p. 11. tr. 3. ref. 32. v. *Quarto sexto*, utitur distinctione; si non adest, inquit, in tali prohibitione Decerum irritans, erit valida; si adest, erit invalida. Sed tu vide, an ex doctrina modò allata à De Lugo, colligere possis, in utroque casu esse validam, quia in utroque casu agit Parochus, ut Parochus.

Afflentia Matrimonii contra prohibitionem Summi Pontificis.

23. Si Summus Pontifex idem prohibeat Parochis, sub expressa clausula afflentiam, vel Matrimonium, irritantem (nam secus semper esse interpretandam pro valore, & in favorem Matrimonii) censeo, invalidam fore afflentiam, & Matrimonium, nam Summus Pontifex, potest dimidiate auctoritatem Parochi, potest novum impedimentum dirimens condere, potest Concilio Tridentino derogare, &c. Lege Bossium, l.c. §. 5. qui immemorit de præfemti resolutione abolitur sic data dubitavit, sicuti valde merito ibidem cum Reginaldo, Pontio, & Barbosa notavit, mortaliter peccatores eos qui scient contra Pontificis (adde, vel Episcopi) prohibitionem iusta de causa latam, quamvis si clausula irritante matrimonium contraherent: exceptio, si certè scirent, nullum subesse impedimentum, cauilaque omnem prohibitionis cessare.

Pœna hanc solemnitatem non servantium.

24. Pœna contrahentium sine Parochio, & Testibus præter peccatum, & irritationem Matrimonii sic contrahit, nolalata est à Tridentino. In iure autem antiquo scilicet, quo ignoranter contrahit cum impedimento dimente, facit nihilominus prolem legitimam; cujus favoris privatio etiam nunc viget, cum non fuerit à Tridentino, ne tacite quadam ablata. Lege Aversam, 9. 16. mar. 5. 8. G. Hurt. 4. 5. mar. diff. 17. Sanch. lib. 3. mar. 4. 8. Cond. 27. n. 10. Boss. de mar. 10. 6. aliisque.

25. Pœna Parochi, vel Sacerdotis afflentis Matrimonio sine aliis testibus, ut etiam testium afflentiam absque Parochio, vel alio Sacerdotio de Parochi licentia, et illa, quam iis infliger Ordinarius, & quidem gravem, ejus arbitrio. Ita Tridentinum *sess. 24. c. 1. der. mar.* Vnde probabilitate alia pœna graviora furent à dicto Tridentino sublatæ, quia, quando lege noya (inquit Hurt. l.c.) imponitur minor pœna, quam erat in positâ lege antiquiore, cestas antiqua, vnde tacite à nova legideatur auferri.

§. IV. Præter afflentiam, quænam ritum debet obseruare Parochus?

Quibus verbis vicietur.

1. *A* servate debet, quæ Tridentinum *sess. 24. cap. 1. de ref. mar.* præscripti: præscripti autem primò in hunc modum: Parochus, viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat: *Ego vos in Matrimonium coniungo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, vel alii utatur verbis, iuxta receptum cuiuscunq; Provincie ritum.*

2. Vbi nota primò, sensus illius (*coniungo vos*) est declaro, seu app. obō coniugalem vestram coniunctionem; nam ceterum contractus matrimonialis fit per verba ipsorum coniugum; unde constat, hæc Parochi verba non esse, neque de essentia, neque de illa ratione Matrimonii.

3. Nota secundò, hæc verba debere à Parochio profiterentiam per Interpretem, modo *superius dicto*, consensum coniugum excepit, neque enim necesse est, ut coniuges ea intelligant, sicuti, nec necesse est, ut pœnitens, qui confitetur per similem interpretem, intelligat idiomam Confessarii ipsum absolvientis.

4. Nota tertio: Si hæc verba non proferat Parochus, quamvis pœnit, quia contra præscriptum Tridentini agit, non tamen, ut ego cum Sanch. & Coninch. Diana, *lars 111.*

apud Avers. 9. 6. mar. 5. 7. et *Obligat.* & alii censco, peccabit, nisi venialiter, quia hæc non videtur esse res gravis. Putat tamen esse mortale Avers. l.c. aitque, ita femire communiter alios. Mihil certè incredibile appare silencium horum verborum grave quid esse, & Parochio in rebus Sacramento Matrimonii necessariis non deficiens, damnationem aeternam afferre.

Quam interrogacionem faciet Parochus?

5. Nota quartò illud (interrogantis, &c.) interrogari enim (& quidem ritè prius vir, deinde mulier) debent, non de impedimentis, an forte aliquo laborent; id enim tunc non est expediens, & jam, si aliquo laboraverant, supponitur circa illud fuisse dispensatum, sed solum de mutuo consensu ab ipsis exhibendo. Hanc tamen, interrogacionem omittere, propter similem rationem, quam modò diximus, non puto forte mortale. Imò, si ex se sponsi non interrogati consensum pœbeat, non est à Parochio addenda, quia tunc otiosa foret interrogatio. Vide Sanch. Coninch. Diana apud eundem Avers. l.c.

Quam Notationem?

6. Jam vero pœnit secundò, *ibid.* Concilium, ut habeat Parochus librum, in quo conjugum, & Testium nomina, diemque, & locum contracti Matrimonii describat, quem diligenter apud se custodiat.

7. Nota, hoc grave quid esse, cùm requiratur, ut constet in Ecclesia de Matrimonii contractis; ac propter ea peccati, teste Avers. l.c. v. *Debet*, mortaliter à Parochis, si id ipsis non servent.

Confuetudines servet Parochus, & ad communionem Sponos adhortetur.

8. Tertius, *ibid.* Concilium confirmat alias consuetudines, si quæ sunt in Provinciis, juxta quas cum laude, id est, pœnit, ac religiose administrari forte soleat hoc Sacramentum, hortatque ut Sponsi, antequam contrahant Matrimonium, ritè confessi Sacra Eucharistia reficiantur.

Exquirat à sponsis noitiam rerum fidei.

9. Hæc tenus ex Tridentino, sequuntur quædam pertinentia ad ritum, de quo agimus. Primum est, ut Parochus advertat, an sciant conjuges rudimenta Fidei, quod si ne sciant, non possent ex rigore expelli à Matrimonio celebrando, quia nihil de hoc Concilium, vel Sacri Canones decentur. Imò, nec Episcopum posse præcipere, ut hi ignorantes arceantur, putant nonnulli, quia (sunt) sic conderet novum impedimentum dirimens, ad quod, ut modò diximus, non se extendit potestis Papa inferioris, Verum, contraria est, quia hoc non est ponere novum impedimentum, sed offere Matrimonium pro tempore opportuniore, & ad Parochum pertinet ut apud remedium pro instructione suorum. Differat igitur cum prudenter, nam omnino expellere inegrum ei non est.

In Ecclesia afflentia Matrimonii Parochus.

10. Secundum, ut in tali loco, hoc est, in Ecclesia celebretur regulariter Matrimonium, & non alibi. Quare prudenter in Panormitanæ Diœcesis Synodo anni 1652. p. 2. num. 116. sic præscribitur: *Nullo autem in loco, nisi in Ecclesia, quæ propria Sacramentorum domus est, Sponsos (Parochis) jungat, nisi justam ob causam nobis (hoc est, Archiepiscopo) probatam.*

Quocumque tempore afflentia.

11. Tertium denique est, videre, an tali solum tempore matrimonii sint celebranda? Verum, nihil de hoc Sacri Canones, vel Concilia. Quare possunt quocumque tempore, manu, Vespere, die festivo, feriato, &c. Nam, quando in Sacris Canonicis prohibentur Nuptiæ in Quadragesima, vel Adventu, id non intelligitur de ipso Matrimonio contractu, sed de solemnibus Benedictionis, & Traductionis, quæ fieri solent post

T 3 Matti

222. Lib. VIII. De Matr. Tract. VI. de Solemn.

Matrimonium contra dictum, ut omnibus est competum,
& nos infra explicabimus.

§. V. Quis Parochus?

I. Proprius debet esse Parochus, qui assistere debet
illis, qui in Matrimonio sunt copulandi.

Quare I. Summus Pontifex pro toto Orbe.

II. Archiepiscopus pro suis, in decurso visitationis
pro oib[us] sui suffraganei, vel, quando ad eum fuit appelleatus, & sententia data transiit in rem iudicatam, vel
elapsum est decennium appellationis.

III. Episcopus pro sua Diocesi.

IV. Abbates nulli Episcopo subiecti pro suis, in quos
habent iurisdictionem Episcopalem (non tamen, qui Abbatiam illam habent in commendam) de qua quæstione
vide Dian. p. 11. tr. 3. ref. 35.

V. Capitulum, Sede Vacante, item pro suis.

VI. Legatus a latere pro sua legationis Provincia.

VII. Cardinales pro suo titulo; Hi omnes ut Pontius lib. 5. cap. 10. Sanch. lib. 3. matr. d. 28. & passim possunt
matrimonii legitimè assistere, quia omnes sunt Ordinarii, & Pastores respectivè ad praedictos.

Idem possunt Vicarii Generales ipsorum, ex vi Vicariatus. Ita Sanch. lib. 3. matr. d. 7. num. 10. Idem Viceparochi, id est, ii, quibus legitimè Parochiæ cura plenè
mandatur, quanvis enim, non sint proprietarii Parochiæ, sed delegati, verè tamen pro eo tempore Parochi sunt, & Pastores. Hæc fuit docent Sanch. lib. 3. mar. d. 29. num. 18. Castrop. d. 2. de spons. p. 13. n. 11. n. 2. G. Hurt. d. 5. matr. diff. 9. Coninch. d. 27. a. dub. 2. Pont. lib. 5. cap. 11. Perez de matr. d. 41. sct. 1. contra alios in aliquo discrepantes.

2. Rursus, Parochus non Sacerdos, Parochus excommunicatus, etiam si nominatus sit denuntiatus, atque adeo vitandus, suspensus, irregularis, interdictus, Parochus putatus communiter talis ob titulum electum, (Idem de Episcopo, Archiepiscopo, &c.) in id etiam cum solo communi errore licet sine titulo, quando dicitur Parochus intrusus, validè assistens, ut item validè dant licentiam Sacerdoti, ut assistat; quia hujusmodi assistentia, assistendique licentia non sunt actus iurisdictionis, à cuius usu excommunicatus, praedictique privantur. Ita Doctores citati apud Dian. p. 11. tr. 3. ref. 33. v. Et tandem. Vide etiam ib. tr. 5. ref. 10. contra alios.

Validè, dixi, nam, an licetè, dicam in tract. de Excomm. cap. 8. §. 1.

Quis ex licentia Parochi?

3. Præterea Parochus, vel ii, quos modò recensuimus, possunt hanc licentiam assistendi delegare alteri; sed certè solum ei, qui sit Sacerdos (non requiritur autem, ut sit approbatus ab Ordinario) clare enim Tridentinum s. 24. c. 1. de ref. mar. requirit Sacerdoti, & nil præterea.

Licentia autem hæc, vel scripto, vel voce delegari à praedictis potest, vel particulariter, ad hoc certum Matrimonium, vel generaliter ad matrimonia quæcunque.

4. Si detur aliqui Sacerdoti licentia, absolute ad omnia Sacra menta administranda, dari etiam hanc assistentiam, quia impropriè saltem, hæc assistentia est quadam administratio Sacra menti matrimonii, docet Coninch. & ex declaratione Card. Pontius, & Castrop. apud Dianam, p. 11. tr. 3. ref. 32. Vide etiam ibid. tr. 5. ref. 10. sed de hoc subdubit Averla. q. 6. matr. s. Et. 4. §. Item, nisi alia circumstantia id persuadeat, Hurt. verò d. 5. matr. diff. 1. clare negat, requirit enim licentiam generalem ad exercendum officium Parochi. Ratio est, inquit, quia hæc assistentia non est administratio Sacra menti Matrimonii, cuius soli coniuges sunt Ministri. Certè utraque sententia probabilis est.

Quæ licentia?

5. Non sufficit tamen licentia præsumpta, nec taci-

ta de futuro; tacita vero de præsenti, ut si Parochus
dens Sacerdotem parare se dicte assistere, & cetera
sit prohibere, taceat, sufficere, probabilis sit. Vide Cas.
L.c. §. 12. n. 3. & 4. citantem Pont. Sanch. Coninch. et
Menochium.

Licentiam hanc, etiam metu, vi, dolo, &c. censu
valere, diximus §. 3. n. 4.

6. Mors Parochi post licentiam datum, quid operari?

Si Parochus dedit mihi potestatem nullatenus
matrimonio, & antequam assistam, moritur, (in
amoveatur ab officio) validè ego assistam, judicium
dum est. Vel enim Parochi mors nondum fecit, ne
jam scitur. Si prius, ob titulum coloratum, & certe
nem errorem, validè assistes, iuxta legem Bonifacii &
Praet. Si posterius, assistes, invalidè, quia delegatus
sum determinatus spirat, mortuo delegatus. Leges Sanc.
lib. 8. mar. d. 28. à n. 64. Vide etiam De Lugo d. 3. ref.
mor. dub. 3. s. afferentes differentiam inter delegatum
ad vnum quid determinatum, & delegationem ad ceteros
per sonus, & auctoritatem, de qua re nos universitatem
egimus supra, tract. 2. de dispens. cap. vi.

Licentia data, sed non facta quid operari?

7. Si licentiam datum esse à Parochio, Sacerdos non
conster, invalidè hie assistit, quia eam nondum habet,
donec acceptet, acceptare autem legitimè non potest, donec
eam datum esse, ignorat. At si dictus Sacerdos non
sum misit ad Parochum, ut dictum licentiam pro
quam Parochus concessit, & Nonius nomine Sacerdos
acceptavit, assistit validè. Ita Castrop. diff. 1. de sanc.
p. 13. n. 6. citans Coninch. & Sanchez cont. Genit.
Pont. quos citat, sequiturque Dian. p. 11. tr. 3. ref. 32.
vers. Quare quinto, sed certè illicitè graviter, quicquid
semper adest periculum eam nondum esse datum, ut
Matrimonium sit invalidum. Ratio autem quicquid
verè, quando sit assistentia, inveniatur licentia suffi-
cet, si dicta assistentia validè est, quia communis Do-
ctores tradunt ut notari. Castrop. c. 6. & tom. 1. p. 1. tr.
d. 4. p. 3. q. 3. n. 10. & colligitur ex lute. S. I. de
præbendis, n. 6. cuiuslibet Beneficii. Privilegi. Dis-
cretionis, facultatis, & Gratia concessio a puncto concilia-
nis facte Nonius ad id specialiter destinata acceptat
habet effectum. Leges quæ in hanc eadem regio agi-
santur, lib. 5. de pon. in tract. de capl. ref. 9. §. 1. et 10.

Licentia data à Parochio suo Capellano.

8. Si Parochus det licentiam generalem ministeri
Sacra menta, seu juxta n. 4. exercendi officium Parochi
Sacerdoti suo, v.g. Coadjutori, quem nos Capellano
Parochius appellare solemus, An, sicut post Capellano
is, assistere ipse Matrimonio, ita postulatum sub delego
qui alieci Matrimonio assistat, dubitari non potest
quod respondeo. Sanch. lib. 3. mar. d. 31. n. 19. videtur
contextu velle, quod possit in absentia Parochi, non ut
in ejus præsenti, quia in absentia ell[er] delegatus ut
veritatem causarum, non vero in præsenti, deo
Hurtado. d. 5. matr. diff. 10. qui vult posse in virtute
qua in virtute est delegatus ad universitatem causarum

Licentia assistendi revocari potest.

9. Denique licentiam hanc assistendi, datam Sacer-
doti, posse revocari, sed, ut revocatio habeat officium
debere à Sacerdote per Nonium ad id ipsi determinatum
cognoscere revocationem, tamen Doctores notari.

In Ordinem ad quænam Parochianos, potest Parochi
prædictam licentiam concedere?

10. Præmitto, quatuor modis posse quænam eum
(quantum ad præsens institutum facit) in apparet.

Primo, animo ibi perpetuò, seu ab solutè habitandi, quo pacto dicitur i habere ibi domicilium. Secundò, animo ibidem habitandi pro majori parte plus minus anni, ut haber. Hurt. l.c. diff. 6.n.19. vel, ut alii apud De Lugo in *Reip. mor. l.1. dub. 37. n.4.* pro parte anni ab solutè majore, sen saltem pro æquali; perinde solent habitare scholasticæ in Universitate litigantes in Curia principis, &c. quo pacto dicuntur habere ibi, quasi domicilium. Tertiò, transeunter per aliquot dies, vel paucos menses, animo redendi ad locum sui domicilii. Quartò vagè id est, sive villo animo hic, vel illuc, sive per domicilium, sive per quasi domicilium, habitandi. Notas differentiam. Hi quarti nullum certum habent domicilium, habentem, ut, & duo primi.

11. Dico jam primò: Parochus loci potest validè assistere matrimonio existentium in eodem loco primis duobus modis, id est, per domicilium, vel quasi domicilium in dicti Parochi Parochia habitantium (eriam primo die, quo sine fuso, & fallacia ibi habitare dictis modis incipiunt) non verò potest validè assistere matrimonio in eodem loco existentium testis modo, id est, transunter. Ratio est, quia respetu illorum est verus est Parochus, non verò respectu horum, Ita Doctores citati, præter Pont. lib. 5.c. 14. §. 1.n. 8. qui cum S. & v. Parochie, n. 2. in *virga edit.* vide, quæ dixi lib. 5. de pœc. 4. §. 3. affirmat, Parochum validè assistere matrimonio etiam existentem, tertio modo in loco, vbi ipse Parochus.

12. Dico secundò: Matrimonii vagorum quilibet Parochus potest assistere, ex sententia Sanch. Pont. l.c. & Barbol. in *Trid. fess. 24. cap. 7.* referentis decisionem quandam de hac re. Ratio est, quia cum hi nullum habent Parochum, quemlibet eligere possunt pro suis matrimoniois, sicuti quemlibet eligunt pro suis Confessoriis; At est sententia Coninch. & Hurt. locis cit. aliorumque apud *Bosilius de matr. cap. 4. §. 1.* non potest quilibet Parochus, sed solus ille, non cuius Parochia hi vagi inveniuntur, quando contrahunt: Ratio est, inquit quia tunc ille est iporum Parochus. Sane haec posterior opinio tñtor est, & eligenda, saltem in praxi, liget, priorem esse probabilem, negare non possum, quā, magis esse receptam, testator *ibidem Bosilius.* Quantam verò mox dicemus, fatis esse, ad validam assistentiam matrimonii, Parochum vnius in contrahentibus, id est, si unus sit vagus, quamvis alter fixum habeat aliebi sèdem, potest Parochus huic matrimonio assistere, tanquam matrimonio vagorum.

13. Debere autem dictum Parochum, antequam iis vagis assistat, diligenter inquirere, an aliquo impedimento labore, immò ex Tridentino *fess. 24. c. 7. de reform. matr.* debere Parochum licentiam habere ab Ordinario, hos (sive utique, sive alter tantum sit Vagus) matrimonio conjungendi, monitione opus non est.

14. Eos, qui sunt in via animo relinquendi antiquum domicilium, & aliud acquirendi, qui tamen nondum ad hoc pervenerunt, ad Vagos reducit Castropal. n. 1. ex Sanch. & Gutierrez: quare pari modo à Parochio, vbi inveniuntur, matrimonio erunt ex tuto nostra sententia copulandi: hi enim, cum pristinam reliquerint habitacionem, novam verò nondum acquisierint, nullum per se Parochum habent, habent ergo, more Vagorum, illum, in cuius Parochia inveniuntur.

An suis, sed existentibus extra Parochiam?

15. Ex dictis emergit gravis dubitatio: Si unus ex conjugibus habet in una Parochia, alter in alia, quis erit aptus Parochus pro illorum matrimonio? Ut responsum distinctè percipias, figuremus duos casus:

16. Primo, Petrus, & Berta habitant ambo in Parochia Sancti Antonii. Secundò, Titius, & Catharina non habitant ambo in eadem Parochia, sed Titius in Parochia Sancti Antonii, Catharina in Parochia Sancti Nicolai.

Hac figurazione posita, nimis certum est, Parochum

Sancti Antonii validè assistere matrimonio Petri, & Bertræ, quia cum is virtusque sit Parochus, non est, unde de assistentia legitima dubitetur. Atque hic est primus casus.

17. Quod secundum: Certum item sit, tum Parochum Sancti Antonii posse assistere in Parochia ipsius S. Antonii Matrimonio Titii, & Catharinae, tum Parochum S. Nicolai posse assistere in Parochia ipsius Sancti Nicolai eidem Titii, & Catharinae matrimonio. Ratio est, quia, satis servatur forma Tridentini. Ii enim, dum in sua Parochia existunt, verè Parochi sunt respectu matrimonii inter illos duos, quorum unus est suus Parochianus, esto, alter ex conjugibus alterius sit Parochia: conexorum enim eadem est ratio.

18. Certum præterea sit nobis, vel profectè valde probabile, Parochium Sancti Antonii validè assistere dicto matrimonio Titii, & Catharinae in Parochia Sancti Nicolai, & Parochum Sancti Nicolai in Parochia Sancti Antonii. Ratio est, quia adhuc ille Parochus est proprius respectu matrimonii inter illos duos, quorum alter unus est Parochianus. Esse enim ipsum in aliena Parochia non tollit, ipsum esse eodem modo Parochum suorum Parochianorum, sicuti est in sua sed solum notat, illud officium congruentius, tunc pertinere ad Parochum loci, quā ad ipsum, Ita Sanchez, lib. 3. matr. d. 19. Castro Pal. d. 2.p. 13. §. 9. num. 7. Lcan. d. 7. mar. quæst. 16. Coninch. d. 27. n. 19. Hurt. lib. 11. matr. d. 2. G. Hurt. l. mox cit. quamvis Navarrus, & Pontius id negent apud Gasp. Hurt. d. 5. matr. diff. 6.

19. Illud ergo supereft aliquantò incertius: Quid si, vel Parochus Sancti Antonii, vel Parochus Sancti Nicolai assistat, sive matrimonio Petri, & Bertræ, sive matrimonio Titii, & Catharinae, in aliena omnino, seu tertia Parochia, v.g. in Parochio Sancti Hypoliti, ad aliosque, nec conjuges, nec duo illi Parochi villo modo pertinent?

20. Respondeo, adhuc validè assistere. Ratio est ferè eadem, quia ibi est Parochus respectu illius matrimonii inter duos, quorum alter sua ovis est; quare satis, superque satisfit Tridentino, quod nihil aliud requirit, nisi præsentiam proprii Parochi: ita Sanch. l. c. G. Hurt. Coninch. l. c. alioque contra Navarrum, quem sequitur Pontius, alioque, quos citat Hurtad, alioque, quorum sententiam tamē probabilem esse, non nego. Præterea, sicuti diximus, posse validè Parochum extra Parochiam suis assistere, ita affirmamus, posse Sacerdotem, cui Parochus assistendi licentiam det. Excepto, si ita det, ut expressè sub clausa irritante, illam ipsi limitet, ut assistat in propria Parochia, de qua re latè Coninch. d. 27. d. 3. Pont. lib. 5. a. c. 29. Sanch. lib. 3. matr. d. 3. Aver. 9. 6. matr. fess. 4. v. item dubiaron, alioque.

21. Si inquiras, an peccet Parochus, si in aliena Parochia assistat matrimonio sua ovis?

Respondeo, non peccare, quia assistere non est actus jurisdictionis (hanc enim jurisdictionem, quando est contentio, fateor, licitum non esse exerceri in alieno Territorio) nec continet strepitum exterritum, ne continent denuntiationes, & benedictiones, quas item fateor, illicite fieri in Territorio non suo. Ita Hurradus, & Leander loc. cit. Quod dictum est de Parochio, ob paron rationem, dic de Sacerdote delegato ad assistendum, quantum est ex hoc capite, nam, si forte à Parochio, ut modò innui, prohibitus fuisset, secundum gravitatem prohibitionis, esset culpa mensuranda.

Pœna assistentis Matrimonio alieni Parochiani.

22. Pœna, quæ incurrit Parochus, vel Sacerdos assistens matrimonio Parochiani non sive, vel illud benedicens, ex Tridentino *fess. 24. cap. 1. de reform. matr.* G. Hurt. d. 5. diff. 17. fine, est, tandem suspensum manere ab Officio, & Beneficio, quandiu ab Ordinario ejus Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo Beneficio suscipienda erat, absolvatur, quæ suspensio est

T 4 ipso

224 Lib. VIII. De Matr. Tract. VI. de Solem.

ipso facto, ut habet Averfa q.6. scilicet 8. v. Dehinc addens, si Parochus det licentiam Sacerdoti assistendi matrimonio ovis non sua, penam hanc ab ipso Sacerdote, non a Parochio incurri, qui Tridentinum assistendi imponit hanc penam, non verò assistentiam mandanti.

Quis in Parochus assistet Matrimonio inter absentes?

23. Inquires item hic, quinam Parochus assistere debet matrimonio, quando hoc contrahitur per procuratorem, vel per Epistolam: Respondeo, causus dupli modo posset occurtere. Primo, ut alter ex sponsis, si Parochianus loci, ubi contrahitur matrimonio per procuratorem alterius sponsi absens, & tunc poterit, ut pater ex supradictis, huic matrimonio assistere Parochus illius loci vel alius Sacerdos ex licentia dicti Parochi, vel ex licentia, Parochi absens. Secundo, ut eterque sponsus sit absens, & Procuratores contrahere debant in loco, qui ad neutrum Sponsum pertinet, v.g. Sponsus sit Panormitanus, Sponsa sit Hispana, & utriusque Procuratores sint Messanæ. De his ergo queri potest, quis debet esse Parochus assistens? Id certè apud neminem ex his Doctores, quos præ manus habeo, invenire posui. Ad hoc ergo sic, salvò Sapientiorum iudicio, respondeo: Cum Doctores omnes, & Tridentinum semper claram, debere esse proprium Parochium, saltem vnius ex contrahentibus, qui matrimonio assistat, si, ut, quia Parochus Messanensis non sit Parochus, neque utriusque, neque alterius, neque villo modo ejusmodi contrahentes sint Vagi, fixam enim habent sedem suam, alter Panormi, alter in Hispania. Procuratores autem, supponimus, contrahere matrimonio Messanæ, sit, inquam, ut non possit dictus Parochus Messanensis esse legitimus assistens talis matrimonii. Debet igitur esse Parochus Sponsi, vel Sponsæ, qui, quia est absens det licentiam alicui Sacerdoti existenti Messanæ. Neque id difficile facta erit, sicut enim debet Messanam afferri fides denuntiationum, quæ necessaria, ut mox dicemus ex Tridentino, exhiberi debent in Parochia Sponsæ, & Sponsi, ita poterit afferri licentia assistendi.

§. VI. Qui Testes?

1. Plura de hujusmodi testibus dicta sunt proprie connectionem, quam habent in hac re cum Parochio: solum ergo duo sunt, vel addenda, vel confirmanda.

2. Primo. Non sufficit, si unus, immo etiam plures testes sine praesentia consensu viri, & alter, sive alii, etiam plures, consensu mulieris, vel contraria. Nam si idem, tum testes, tum Parochus integrum contrauti matrimonii praesentes esse debent, ut de illo testificari queant, & Tridentino satisfacere;

3. Secundò, quamvis in aliis commerciis humanis plerumque, praesertim in rebus gravibus, ut actus sint legiti, desiderentur testes idonei, sive omni exceptione maiores, vnde in iure repelluntur a testificando infames, excommunicati, propinqui, sœminæ, &c. tamen in casu nostro satis est, ad validitatem, quilibet, qui vnu rationis pollear ad veritatem, quid agatur. Quare sufficiunt praedicti infames, excommunicati, propinqui, sœminæ, ut etiam servi, pueri rationis compotes, immo etiam infideles. Ratio est, quia Tridentinum testes requirit, nihil restringens, ad eorum qualitates exquirendas. Et merito, quia id afferit periculum, vel scropulum nullitatis matrimonii. Adde primo, si necessaria foret in testibus qualitas aliqua, jam suppleri a Parochio, qui certe testis qualificatus, quique aliis auctoritatem praesentiâ sua conferre potest. Et certe suppleretur etiam ex voluntaria electione utriusque partis. Ade secundò, cum haec Tridentini dispositio corrigit ius commune, in quo ante Tridentinum nulla erat necessaria testium praesentia, interpretandam illam esse, ita, ut quanto minus possit, illud ius corrigit. Haec fuscæ Sanc. lib. 3. d. 39. & 41. Castro

Pal. d. 2. de spons. p. 13. §. 13. Averfa, quæf. 1. matr. scilicet 5. Boll. de matrim. cap. 5. §. præf. 1. L. 1. matr. quæf. 4. Diana vocans hanc doctrinam tract. 3. ref. 3. aliquæ.

4. Dixi in casu nostro, id est, ad contrahendum matrimonii, nam ad probandum matrimonii processum, eti invaliditatem, ut illud scilicet dissolvantur, debere esse omni exceptione maiores, sedem non dem Doctores, & decevir Summus Pausa 10. 1. consanguineis.

C A P V T III.

De Denunciationibus.

§. I. Quanta si earum Obligatio?

1. Tridentinum scilicet 24. c. 1. de reform. matr. habet: *Si in posterum, antequam matrimonio contrahatur, ter a proprio contrahentium Parochi, non continuis diebus festis in Ecclesiæ inter Missarum officia publicè denunciantur, inter eos matrimonium non trahendum.*

2. Porro haec denunciations, quæ tandem nullum sunt, nisi monitiones quædam, ut, quoniam non impedimentum aliquod intercedere inter eos, de quibus si monitio, illud Parochio magis est; haec, neque denunciations, si negligantur, non invalidant matrimonium, ut nuper diximus, ac peccati, tum a Parochio, tum a contrahentibus, qui eas omittunt, ab eo non est, & quidem ex se mortaliter, quia ex ipsis res est.

3. Excusat autem a mortali Sanchez lib. 3. matr. num. 7. Vellab. Diana, aliquis apud Averfa, moratur dum. Primo, parvitas materie, prout, si omittantur denunciations, quando nullum est mole penitentiale, quod aliquod subesse impedimentum. Sed Averfa, scilicet 1. v. *Non est itaque, citans Pontium, & Comitulum, putat, non esse parvitatem materie, vnde alibi res relinqueret, semper esse mortale. Ego in episcopio non omissione, dicto periculo non subi, et a grave morte fave non invenio.*

4. Excusat secundò, dispensatio Superioris est causa justa. Sed quis Superior? Quæ causam subdolam, ut causa habebitur terria excusat, id est, necessitas.

Quis in Denunciationibus dispensat

5. Episcopus, & ejus Vic. Gener. (non quidem sacerdos) & omnes, qui iurisdictione Episcopali gubernantur, utque sub nomine Ordinarii (quos sacerdos, et non recensimus) possunt dispensare ad vnu, et ad omnes denunciations, juxta exiguum casu, non mortale.

6. Quid si contrahentes sunt diversorum Diocesis, indigentne dispensatione utriusque Episcopoi?

Respondeo, non indigere. Vnu enim Episcopus, a cetero dispensare potest; siquidem cum suo habet dispensans, dispensat etiam validè, ratione connectionis cum altero; idque etiam matrimonio contractu, sit in Diocesi alterius.

7. Idem Episcopus delegare alteri Clerico, quoniam non Sacerdoti potestatem dispensandi in denunciations potest, potest etiam, & Vicarius Generalis, etiam in Vicariatus, eandem delegare, sicutem specialiter in iure vel illo casu, ut fuse habes apud Sanchez lib. 3. matr. d. 7. Barb. in Trident. scilicet 24. cap. 1. de reform. matr. 10. Pont. lib. 5. c. 1. alioisque.

8. Parochus dispensare in denunciations neque nisi tanta esset necessitas, ut Episcopus obligatus dispensare, & ad ipsum aditus non daretur. Vide Sanchez loc. cit. d. 10. num. 27. Averfa loc. cit. scilicet 2. v. S. Ignat. loc. cit. n. 50.